

gionis duces, & legis summi interpretes, &
magistri, ad Pascha celebrandū scipios præ-
parant: interim tamen nescij quod suo faci-
nore, totius orbis salus procuraretur.

C O N C I L I A T I O.

Cur hoc capite Dominus dixit se semper à
Patre exauditi, q tamē in horto oras calice à
se trāsferri, nō est exauditus? Et psal. 21. ad Pa-
trē verba faciēs, ait, Deus meus clamabo per
diē, & nō exaudies: nōte, & nō ad insipientiā
mihi. Respōdeo: Qua Christus absoluta vo-
luntate, & simplici, citra annexā conditionē,
voluit, & petiuit, semper exauditus est. Eadē
vult, nec alia potest veile, quām Pater, quum
vttiusque vna sit voluntas. Ego (inquit Iuprā
capite octauo) qua placita sunt ei facio sem-
per. Nā si oculi Domini super iustos (Psal. 53.)
& aures eius in preces eorum: quanto ma-
gis impreces Christi, qui est summa iustitia.
In his autē, qua Christus iuxta cōditionem,
& non absoluē petiuit, non est semper exau-
ditus, vt quā (Marci cap. 14.) calicem à se trās-
ferri postulauit, annexuit, Non tamen sicut
ego volo, sed sicut tu vis: & Lucæ cap. 22. Ve-
runtamen nō mea voluntas, sed tua fiat. Cur
igitur rogauit calicē à se transferendū? Re-
spōdeo: vt se verū hominē, & vere infirmita-
tes nostras absq; peccati similitudine afflui-
pſiſte ostēderet: simulq; vt doceret voluntatē
nostra diuinę voluntati subiiciendā, atque in
omnibus nostris operibus conformandam.

C A P V T X I I .



a Christus ece-
nat apud Mar-
tham cum La-
zaro.

E S V S ergo ante sex
dies Paschę venit Be-
thaniā, vbi Lazarus
fuerat mortuus, quem
'fuscitauit Iesu. ¹ Fe-
cerunt autem ei coēna ibi, & Martha
ministr

¹ Sicut ita
fuerat
ā mortuis.